

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

Sessio XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

SIGISMVNDVS P.XXI. CONCILIVM

censis & Rigensis ecclesiarum canonico officiali V ticensi, Petro Ga- Anno Cuntisti ietano literarum pænitentiariæ scriptore, canonico Conseranensi; 145. Ioanne Gonsalui baccalaureo in decretis, archipresbytero ecclesiae Astensis; Henrico de Grauia notario publico, clerico Leodiensis diace-

fis, testibus, &c.

Quibus sic (vt præmittitur) lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis præsidens proposuit, quod si aliquis esset ibidem præsens, dictæsententiæ disfinitiuæ contradicere volens, seu eius pronuntiationi, surgeret & diceret:& in casu quo non dixerit, habebitur talis pro consentiente. Tunc nemine respondente, siue loquente, ipse dominus Ostiensis habuit respondere nomine collegii cardinalium, quod placet. Deinde ipsi commissarii in ambone, quilibet pro natione fua, videlicet Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, & Patricius Cortagensis pro natione Anglicana, Placet, responderunt.

SESSIO XIII.

1E Sabbati quintadecima mensis Iunii, anno a natiuitate Domini 1415. indictione octaua, fuit sessio generalisin ecclesia maiori Constantiensi, in qua fuit cantatum officium Missa de beata virgine Maria per reuerendum patrem dominum Ioannem episcopum Lutomusfensem.

Quo completo, legebantur litaniæ, &c. more alia- to, fuerunt lectæ litaniæ cum inrumsessionum, præsente ibi- troitu: Exaudinos Domine: cum dem serenissimo principe dinersis collectis, enangelio, hym-Sigismundo Romanoru & no, Veni creator spiritus, iuxta Hungaria, &c. rege. Pra- consuetudinem & ritum aliaru sidebat in eademsessione re- sessionum: præsente ibidem sereuerendissimus pater domi- nissimo principe Sigismundo Ronus Ioannes episcopus O- manorum & Hungaria & c.n. stiensis cardinalis Viuarien- ge. Cui adstabant reuerendissisis. Ex deputatione vero ip- mi patres domini cardinales de sius Synodi archiepiscopus Vrsinis & Laudensis. Cuisessio-Mediolanensis legebat quas- ni, siue Synodo, intercardinadam ordinationes & decre- les de eorum nomine reueren-

Et deinde officio Missa celebra-

P. XXI. CONSTANTIENSE. SIGISMVNDVS 371

ANNO ta de cetero in Romana ec- dissimus in Christo pater & clesiatenenda & obseruada, dominus Ioannes Ostiensis carquorum tenores inferius se- dinalis Viuariensis prasidebat, quuntur in hunc modum: in præsentia dominorum Francisci Venetiarum, Antonii Aquileiensis, Brandæ Placentinensis, presbyterorum; Thomæ Tricaricensis, Odonis de Columna, Landulphi Barensis, Raynaldi de Branckasiis, & Francisci Florentini, diaconorum cardinalium. Quo officio Missa & litaniarum cantato, lecto atque dicto, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores negotiorum dictæ Synodi, comparuerunt ibidem, & proposuerunt coram tota Synodo, dicentes quod in dinersis mundi partibus incepissent pullulare certæ hæreses, & antiquatæ continuari; & præsertim quod sacerdotes aliqui hodie communicarent Corpus Christi post canam, & non ieiuni, & sic ministrarent alii. & alias dixerunt, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula infrascripti tenoris continetur: petentesque sibi super præmissis prouideri, nominibus quibus supra, de remedio opportuno. Qua petitione oblata 🔄 recitata, placuit domino prasidenti, omnibusque aliis & singulis suppositis huiusmodi Synodi, super hoc remediari. Et statim reuerendi patres & venerabiles viri domini, Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, Stephanus episcopus Dolensis, Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Poznaniensis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, & Patricius episcopus Cortagensis decretorum doctor, ascenderunt ambonem nomine nationum quatuor: & dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ad hoc per Synodum deputatus, legebat quasdam ordinationes & decreta de cetero in ecclesia Romana observandas do tenendas, quarum tenores inferius sequuntur.

Tenores vero dicta petitionis & declarationis papyri fchedularum, de quibus supra sit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Quia in nonnullis partibus mundi peruersus mos pullulare incepit, vt sacerdotes laicos sub vtraque specie, panis videlicet do vini, communicare non cessent, contra Romanæ do vniuersalis ecclesiæ consuetudinem approbatam, vnde scandala do bæreses verisimiliter oriri suspicantur: petimus nos promotores do procuratores
buius sanctæ Synodi, in Spiritu sancto legitime congregatæ, per
vestras reuerendissimas paternitates provideri salubriter ecclesiæ Dei.
Concil. Tom. 29.

Aaa ij

a- Anno Challen

A-

ce-

e-

ef-

ce-

8

te.

lus

m,

oet

1e-

ro

ifis

ti-

ge-

ta-

en-

ul-

bra-

111-

um ym-

xta arŭ

ere-

Ro-

c.11-

iffi-

s de

110-

ina-

ren-

SIGISMVNDVS CONCILIVM 372

In nomine sancta & individua Trinitatis, Patris & Filii

ANNO CHRISTI 1419.

& Spiritus Sancti. Amen. Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie afferere præfumant, populum Christianu debere sacrum euchariftiæ facramentum fub vtraque panis & vini specie fufcipere, & non folum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim comunicent, etiam post cœnam, vel alias non ieiunum, & communicandum elle pertinaciter afferant, contra laudabilem ecclesiæ consuetudinem rationabiliter approbată, quam tamquam facrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinceft, quod hoc prafens Concilium facrum generale Constantiense, in Spiritu fancto legitime congregatum, aduerfus hunc errorem falutifidelium prouidere satagens, matura plurium doctorum tam diuini quam humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentu, ta-

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 12.

confuctu-

men hoc non obstante, sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata confuetudo ecclesia feruauit & feruat, quod huiufmodi facramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, autalterius necellitatis, a iure vel ecclesia con-Hunclocum cesso, vel admisso.* Et sicut hæc consuetudo ad euitandum * Et simili-aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, cet in pri- quod licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentu reciperetur a fidelibus fub vtraque specie, postea a conficienius fub vtraque, & alaicis tantummodo sub specie panis reciperetur fuscipiatur; cum firmissime credendum sit, & nullatenus fub vtra-que specie, dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam tamen have sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum huiufmodi confuetudo ab ecclesia & sanctis liqua peri- patribus rationabiliter introducta, & diutissime obseruata dala eft ra- fit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine tionabiliter ecclesia auctoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod a co-hcientibus quod hanc consuetudinem aut legem observare, sit sacrilegum autillicitú, censeri debet erroneum: & pertinaciter que specie, & a saicis assertentes oppositum præmissorum, tamquam hæretici artantummodo, &c. cendi sunt & grauiter puniendi per diœcesanos locorú, seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in reP.XXI. CONSTANTIENSE. SIGISMVNDVS 373

gnis seu prouinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsan attentatum aut præsumptum, iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem catholicæ sidei, contra hæreticos & eorum fautores, salubriter adinuentas.

Quod nullus presbyter sub pæna excommunicationis communicet populum sub vtraque specie panis & vini.

Item ipía fancta Synodus decernit & declarat super ista materia, reuerendislimis in Christo patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, & eorum in spiritualibus vicariis vbilibet constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur auctoritate huius sacri Concilii sub pœna excommunicationis, vt esse cualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini exhortati suerint, & sic saciendum esse cuerint: & si ad pœnitentiam redierint, ad gremium ecclesiæ suscipiantur, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari. Qui vero ex illis ad pœnitentiam redier non curauerint animo indurato, per censuras ecclesiasticas per eos vt hæretici sunt coercendi, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis.

Quibus lectis, magister Ioannes de Scribanis & magister Henricus de Piro promotores petierunt responderi per dominos imperatorem, cardinales & ceteros prælatos, an placeret. Præsidens autem dominus Ostiensis respondit nomine collegii cardinalium, Placet. Similiter rex Romanorum. Sic successiue reuerendissimi patres domini episcopi, Antonius Concordiensis pro Italica, Stephanus Dolensis pro Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro Germanica, & Patricius Cortagensis pro Anglicana, in

ambone existentes, responderunt, Placet.

Quibus factis, promotores & procuratores prædicti, Henrico de Piroloquente, petierunt nomine quo supra, deputari per dictam sanctam Synodum certos commissarios, in causa hæresis ventilata seu ventilanda, & ad Concilium ad præsens deuoluta vel deuoluenda, orta vel oritura, prout & quemadmodum in quadam petitionum papyri schedula, cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur. Qua petitione data & intellecta, iuxta mandatum ipsius Synodi reuerendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis in ambone legebat schedulam deputationis dictorum commissario-

Aaa iij

i

af-

eu-

luf-

cie

œ-

er-

di-

am

ra-

itu

fa-

to-

na-

oft

V-

ta-

au-

er-

oft

111-

on-

um

ta,

re.

en-

nis

nus

am

eri.

tis

ata

me

re,

cri-

ter

ar-

feu

re-

374 IDANNES CONCILIVM SIGISMVNDVS IMP.

rum cum eorum auctoritate & potestate, quæ inferius est inserta.

Qua lecta fuit quæsitum & scrutatum per dictos promotores

procuratores, per ipsius Henrici de Piro organum, an dicti iudices placerent. Responsum fuit per dictum dominum præsidentem no-

mine collegii cardinalium & suo, Placet.

Et subsequenter per dominos Antonium Concordiensem, Dolensem, Mersburgensem, episcopos, & Cortagensem, prædictos, nomine
nationum suarum prædictarum, Placet: & similiter per omnes alios, præterquam per reuerendum patrem dominum Martinumepiscopum Atrebatensem, ambasiatorem ducis Burgundiæ, qui dixit,
domino suo fore suspectum reuerendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem multis de causis, quas suo loco &
tempore congruo dare vellet in scriptis, nullo modo consentiendo in
dictum dominum cardinalem tamquam commissarium, saltem in
causa quæ speratur verti inter dominum suum ducem Burgundiæ & Parisienses, & c. Super qua protestatione sibi sieri secit &
petiit vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu
instrumenta.

Qua protestatione facta & admissa, promotores & procuratores prædicti petierunt sibi nomine quo supra, super omnibus & singulis cantatis, dictis, lectis, dissinitis & declaratis sieri unum vel plura, & tot quot essent necessaria, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per dominos protonotarios sedis apostolicæ, dictæque Synodi, ac omnes & singulos notarios & tabelliones ibidem præsentes, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidem illustribus & nobilibus viris, Ludouico duce Bauariæ & comite Palatino Rheni, Friderico Burgrauio Nurembergensi, comite Bertholdo de Vrsinis, Philippo Span de Hungaria pincerna

Syndou, aliisque nobilibus in numero copioso.

Tenores dictæ petitionis & commissariorum deputationis papyri schedularum, de quibus supra sit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Item cum experientia doceat, continuo propter scissuram ecclesia nouas oriri hæreses. Daliquas antiquas renouari, difficileque sit pro singulis huiusmodi causis primitiuarum personarum de hæresi suspetarum ad hoc sacrum concurrere generale Concilium, pro celeriori hæresum extirpatione, petimus nos promotores Deprocuratores supradicti, aliquos ex reuerendissimis patribus dominis santa Romanæ ecclesiæ cardinalibus, De aliquos alios ex singulis natio-

P. XXI. CONSTANTIENSE. SIGISMYNDYS IMP.

ANNO nibus iudices & commissarios per vestras reuerendissimas paterni-145 tates delegari & deputari ad huiusmodi causas hæresum audiendum & terminandum, saltem vsque ad conclusionem vel sententiam exclusiue, cum omnibus & singulis emergentibus, incidenti-

bus, dependentibus & connexis.

ıdi-

120-

len-

rine

14-

epi-

xit,

Pe-

6

o in

in

un-

00

seu.

to-

G,

um

111-

po-

ta-

ntı-

næ

nfi,

rna

nis

fia

pro

riori

ores ida

tio-

ores 44

Hæc sancta Synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam repræsentans, pro celeriori extirpatione hæresum & ecclesiæ reformatione sacrosanstæ, specialiter deputat & eligit reverendissimos in Christo patres dominos, videlicet, Iordanum de Vrsinis, Antonium Aquileiensem, Petrum Cameracensem, & Franciscum Florentinum, sanetæ Romanæ ecclesia cardinales. Et pro Italica natione reuerendos patres dominos Concordiensem, Alexandrinum & Laudensem episcopos, & eletłum Pennensem : pro Gallicana episcopum Gebennensem , abbatem Gemeticensem, abbatem de Clarauilla, & magistrum V rsinum de Callauando: pro Anglicana magistrum Vuilhelmum Corff sacræ theologiæ professorem , magistrum V uilhelmum Clinc, magistrum Hugonem Hounetz, & Ioannem Vueues decretorum doctorem. Pro natione Germanica electum Poznaniensem, magistrum Nicolaum Dinckelspuel, Theodoricum de Monasterio sacræ theologiæ professorem, & Bertholdum Vuildungen sacri palatii apostolici causarum auditorem, ad audiendum & examinandum causas, & in ipsis iuridice procedendum, quarumcumque hæresum & errorum in fide catholica & moribus, undecumque habuerint vel habeant originem, & salubriter extirpentur; & contra quascumque personas, cuiuscumque fuerint status aut dignitatis, etiamsi pontificali, vel alia quauis ecclesiastica vel sæculari præfulgeant dignitate; de eisdem suspectas petitiones, accusationes & declarationes eisdem propositas & proponendas recipiendum, partes vocandum, & in hoc sacro Concilio & extra citandum & publicandum, & alias seruatis seruandis procedendum, prout exigentia fidei 🔗 iuris ordo postulabunt. Nec non omnia & singula faciendum & exercendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, cum omnibus incidentibus, emergentibus & connexis, vsque adipsarum causarum conclusionem exclusiue. Sictamen, quod si omnes interesse non possint aut non velint, dua partes ipsorum prædicta libere exequantur.

In causa vero hæresis contra Ioannem Husiam diu ventilata, quæ circa conclusionem existit, per indices deputatos hucusque in

ea vlterius cognoscatur & procedatur per eosdem.